



- Summellus!
- De primariis precibus Imperialibus sine Pontificis indultu validis. R. Grubner.
- 2) De eo quod justum in foro externo et interno. R. Brückner.
- 3) De dissensu sponsalitio. R. Strykio.
- 4) De Baptismo R. Lyncker.
- 5) De eo, quod justum est circa personas diversarum Religionis. R. Lyncker.
- 6) De abolutione in foro paenitentiali et contentioso. R. Simone.
- 7) De lucta. R. Jacob.
- 8) De sacra Cœna R. Vorstig.
- 9) De Jure Visitationis Ecclesiastice et Procurationis. R. Ziegler.
- 10) De eo, quod justum est circa mortuos. R. Ziegler.
- 11) De Sigillo Confessionis. R. Lichtensteig.
- 12) De Laici foro ecclesiastico. R. Bohm.
- 13) De Crimine Lenocinii. R. Gerhard.
- 14) Quæstio: Qvis debet esse iudex controversiarum de fide et  
Religione. R. Velthem.
- 15) De Delatoribus. R. Hartung.
- 16) De Purgatione Caronica. R. Beckmann.
- 17) De foro competente & subjectione Clericorum sub potestate civili. R. Thomasio.
- 18) De Fundamentorum definitiori causa matrimoniales hacten  
receptorum insufficientia. R. Thomasio.
- 19) De iudicio seu Censura morum. R. Thomasio.

*66.*

DISPUTATIO INAUGURALIS  
*D E*  
**IURE DECI-**  
**MARUM**

*32*

DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
**EX AUCTORITATE ET DECRE-**  
*TO MAGNIFICI ET AMPLISSIMI*  
*JCTORUM ORDINIS IN INCLUTA*  
*NORIMBERG. UNIVERSITATE*

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE  
HONORIBUS, INSIGNIBUS ET PRIVILE-  
GIIS DOCTORALIBUS RITE CON-  
SEQUENDIS

Publicè ad disputandum  
proposita

â

**PAULO WÖRFEL**  
NORIMBERGENSI

*ALTDORFFI*

*Ad d. Decembr.*  
ANNO SALUTIS CLX LVII.

CHARACTERE GEORGI HAGEN, Univers. Typographi

*31. a.*

*32.*

Florentissimæ  
SACRI ROMANI IMPERII  
REPUBLICÆ NORIMBERGENSIS

*Magnificis Perstrenuis Nobilissimis  
Amplissimis & Prudentissimis*

DNN. DUUMVIRIS, SEPTEMVIRIS,  
CONSULIBUS, SCHOLARCHIS

*E universis ac singulis*

*SENATORIBUS*

*DOMINIS & PATRONIS meis*

*humiliter colendis*

*Felicitatem!*

**I**Ntuscula aliquando fieri , quæ si parcūs  
exhiberentur, accepta forent, quamvis se-  
mel iterumq; mecum examinaverim, ea ta-  
men ratio me à sententiā mēā deducere non  
potuit , ut vestro inclyto Nōmini, PATRES  
CONSCRIPTI, licet plurimi hactenus labores  
suos Academicos Vobis consecraverint, me.  
as quoq; inaugurales theses , inscriptas non  
offerrem: Sistunt se itaq; vultui vestro, mo-  
re non insolito , aliquot pagellæ, si numero  
eas metimini pauciores, jus decimarum ho-  
diè usitatissimum delineantes. Non verò eò  
deveni audaciæ, ut existimarem , ex illarum  
oblatione oriri vobis aliquid honoris, acce-  
dere quippe inde vestro illustri splendori ni-  
hil potest, sicuti nec Solis radios minor in ter-  
rà ignis fulgor valet augere; Sed multis aliis  
causis impellor, cur positiones istæ in vestro  
Magnifico Nōmine appareant, cùm, ne ce-  
dere videar ulli vestrorum civium, qui id uni-  
cè agunt, ut nullum observantiæ officiijq; ge-

nus prætermittant, tūm, ne ingratus audi-  
am, præsertim quando multos per annos  
Charissimum meum Parentem, amore, gra-  
tiā, benefactis præclarè estis prosecuti, pro  
quibus omni Jure Vobis me vicissim mānci-  
po. Accipite igitur serenā fronte chartace-  
um hoc munuscum PATRONI MAGNI, &  
eodem affectu, quo semper Parentem, filium  
quoq; complecti, dividiæ vobis esse non sini-  
nite, cùm non minor in filio fidelitatis ardor  
& Reipublicæ Patriæ religiosa observantia  
studiumq; quām in Patre, vigeat, & dum  
utriusq; spirabit anima, vigebit. Vivite feli-  
ces Reipublicæ & vobis quām diutissimè.

Dab. in Alma vestrā  
Altorisnā M. Decemb.  
Anno cīo Ic LVII,

*Magnif. & Nobiliss. Amplitud. V. V.*

omni observantiae cultu & obsequio  
obstrictissimus

PAULUS WÖRFEL.

Utili-



Q. F. S. F. Q.

**U**Tilitas materiae Juris Decimorum, quæ  
usu frequentissima est, quemadmodum  
nec Soli candelâ opus, commendatione non eget  
arg l. i. ff. de in integr. restit. In hac cum gra-  
viores quotidiè oboriantur controversia, &  
quotidiana diligentius semper sint examinanda  
l. 25. ff. liberat. legat. l. i. pr. ff. de susp. tu-  
tor. illaq; nec dum in laudatissimâ hac Univer-  
sitate Altorfinâ ab ullo proposita sit, digna mihi  
visa est, quæ sub Disputationis inaugralis incu-  
dem revocetur. Inquiram autem in naturam  
illarum, quantum ingenij & virium ratio, di-  
sputandi modis & rei difficultas patientur, o-  
missis ijs, quæ plus subtilitatis aut eruditioñis ha-  
bent, quam necessitatis & utilitatis, neglectisq;  
quæ in Jure quidē Canonico & ab ejus Doctori-  
bus latè tradūtur, moribus verò nostris in desue-  
tudinem abierunt. Affinem quoq; Oblationum

A 3

&

¶ Primitiarum materiam siccō pede transeo,  
quoniam ¶ brevitati consulere ¶ de Decimis  
tantummodo aliquid scribere decrevi.

Sit itaq;

IN NOMINE SACRO SANCTÆ TRINITATIS

THE S I S I.

**D**ecimæ, si notionem & deriva-  
tionem nominis spectes, præcisè nihil ali-  
ud sunt, quam cujuscunq; rei decima pars:  
unde & saepè decima dicitur, omissa parte  
l. 2. ff. de Pollicitat. ibi: si decimam quis bono-  
rum vovit.

2. Harum in Singulari Numero mentio fit in c. 7. 15.  
17. inf. & 19. extr. de Decim. primit. & oblat. quamvis fre-  
quentius Plurali utamur, quod unius rei decima pars in sol-  
vendo saepè iteretur.

3. Nec disparitas significationis exoritur, sive lega-  
mus decimas sive decumas, siquidem posteriorem hanc le-  
ctionem non tantum moderni approbant, sed & aliqui ex  
veteribus J. Lips. in Tr. de Vet. Lat. Script. Cic. in Verrem  
Lib. 5. ibi: affirmant se plus decumam non daturum. Consimi-  
le quid videmus in vocab. optimus, æstimo, lacrumæ, de  
quibus eleganter differit aamodum Reverendus Dn. Dilherr,  
Dominus & Fantor meus nullo non honoris cului prosequendus  
in Apparatu suo Philol. v. 65. & 114.

4. Vocantur Decimæ in Jure Canon. tributa egen-  
tium animarum c. tua nobis. 26. circa med. extr. de Decim. can.  
deci-

3/20,  
imis  
IS  
12-  
li-  
rs:  
arte  
mo-  
15.  
re-  
fol-  
ga-  
de-  
ex  
e  
.  
decime. 66. caus. 16. q. 1. Sanctuarium DEI c. ad hac 15. d. t. cibus DEI , Scriptura Sanctae alimenta, ean. revertimini. 65. inf. & a us. 16. q. 1. Patrimonium Christi. c. cum secundum. 16. extr. de prebend. Cibus Clericorum. Rebuff. Tract. de Decim. q. 13. n. 22. In vernacula nostra der zehend.

5. Sed proprius ad rem: in Sacr. Literarū Vet. Testamento legimus Abramū solvisse decimas ex omnibus Genes. c. 14 v. 20. & Jacobū votum nuncupasse: Si fueris DEUS mecum. & custodieris me in viā, per quam ego ambulo, & dederis mihi panem ad vescendum, cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Gen. 28. v. 20, 21. & 22. pietatis quodam insti-  
tū ante legem adhuc latam, quam DEUS demum per Mo-  
sen manifestavit, dariq; ab Israēlitico populo decimas præ-  
cepit, sicut constat ex c. 22. Exod. v. 29. Levit. cap. ult. v. 30.  
32. & 33.

6. Ab Ethniciis quoq; , quos cura aliqua religionis<sup>2</sup> tan-  
gebat, deprehendimus decimas solutas fuisse Diis; Ab Arabibus fictitio cuidam DEO, quem Sabin appellabant,  
de thure, pipere, & cinnamomo: à Græcis Apollini Del-  
phico: ab Hetruscis & Romanis Herculi: (quæ pars Her-  
culanea dicebatur. Plaut. in Trucul.) ab aliis Jovi Spoliorum  
decimæ devovebantur & dabantur, ut patet ex Xenophonte,  
Varrone, Plutarcho, Plinio aliis qz, relatis à Petro Rebusto d. Tr  
q. 1. n. 2. & 4. Alex. Mon. de Decim. c. 1. n. 2. Henr. Canisio  
in p[ro]lect. Academ. ad tit. extr. de Decim. c. 1. n. 5. Petr. Greg.  
Tholos. Synt. Jur. univ. Lib. 2. c. 22. n. 2. & seq. Johan Vernd-  
le vom Zehend Recht 1. B. 4. Cap. Item Gothofr. in Not. ad l. 2.  
§. f. ff. de Pollicit. Grot. de l. B. & P. L. 3. c. 6. n. 1. Carpz. Ju-  
rispr. Confistor. L. 1. tit. 8. def. 125. n. 4. 5.

7. Quamvis verò Abramus ante legem latam illas<sup>2</sup>  
dederit, & Jacobus voverit, Ethniciq; , quos lex illa Mosai-  
ca non seriebat, cura religionis suæ adducti easdem ex sol-  
verint

verint, non tamen homines Legi Naturae fuisse ligatos ad solutionem decimarum sub peccato, sed solviſſe vel ex consilio vel ex voto arbitror, & ita Juri Naturae decimas haud adſcribo; nam si concluderemus eas esse de Jure Naturae, ſequeretur homines ante promulgationem divinam adſtričtos peccāſſe non ſolvendo, & fruſtrā Jacobum illas vo- viſſe. *Rebuf. d. l. q. 1. n. 10.*

8. Nec ex his Sanctorum Virorum & Gentium oblationibus & votis firmiter colligi potest, Jure Naturae decimas deberi, cum jus naturale sit dictatum rectae rationis indicans alicui actui, ex ejus convenientia aut inconvenientia cum ipsā natura rationali, inesse moralem turpitudinem aut necessitatem moralem, ac conſequenter ab Auctore Naturae DEO talem actum aut vetari aut præcipi; recta autem ratio non dictet ſolutioni decimarum, ex convenientia ejus cum ipsā naturā rationali necessitatem quandā moralem inesse. *Grot. d. l. de J. B. & P. L. i. c. 1. n. 10.*

9. Sunt itaq; instituta & olim duntaxat sub vet. Legi positivā præceptā DEO, declarante & nunciante filiis Israël partem ſibi acceptam, videlicet decimam, *d. c. 22. Ex. v. 29. & Levit. 27. v. 30. 32.* Suadente ratione naturali, non quidem ad ſolvendam decimam præcipe, ſed ad offerendū aliquid DEO, quō collimat *Ecclesi. c. 35. v. 6. 7.*

10. Illud interim ambabus largior manibus, quamvis lex de Decimis per Moſen populo lata judicialis, vel *ut Henr. Zæſ. ad decretal. b. t. n. 2. vult.* ſecundum quædam ceremonialis ſit & nos directo non obliget, illam tamen nonnihil morale admixtum habere. Unde recte faciunt aliæ etiam Gentes, omnesq; & singuli homines, ſi vel aliquam fructuum partem in alimenta eorum, qui Sacris funguntur & nos cultum divinum docent, exſolvant, vel ſalte stipendia, quæ ad honestam illorum ſuſtentationem requiriuntur, ſubminifrent.

II.  
Juris rati  
conſequi  
d. L. 1.  
ipſum ſe  
n. v. 7  
Deut. 2  
elegan  
12  
cipi, id  
aut dat  
lud ter  
in refu  
mō in  
haud  
tis eſt,  
n. 15.  
venim  
cialite  
qui in  
v. 7. 8.  
decim  
Levi  
pro n  
Num.  
tem in  
Num. 2  
quæ pa  
bent, &  
nem acc  
date ſu  
cio depr

tos ad  
x con-  
haud  
turæ,  
n ad-  
as vo-  
ium  
ture  
atio-  
ne-  
bitu-  
Au-  
i; re-  
conve-  
andā  
Le-  
filiis'  
Ex.v.  
non-  
endū  
am-  
lat  
m-  
n-  
ne  
li-  
an-  
ré  
qui-

II. Id quod non tantum naturalem & communem Juris rationem habet, Covar. var. resol. L. 1. c. 17. n. 2. y. consequitur, ibi: *Juris naturalis ratio dicitur. Carpz. JPr. Consist. d. L. 1. tit. 8. def. 125. n. 11.* Sed lex etiam Christiana hoc ipsum seriò præcipit, seriòq; inculcat. *Matth. 10. v. 10. Luc. 10. v. 7. 1. Tim. 5. v. 18. 1. Cor. 9. v. 9. & 13.* quo loco illud *Deut. 25. v. 4. non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas,* eleganter explicatur.

12. Quod autem dixi decimas Jure Naturæ non præcipi, idem quoq; de Jure divino affirmo: Jus enim à DEO aut datum est universo generi humano, aut populo uni: illud ter datum reperimus. I. post hominem conditum. II. in restauratione humani generis post diluvium. Et postremò in sublimiori restauratione per Christum; quæ Jura, haud dubiè omnes homines obligant, ex quo quantum sat is est, ad notitiam eorum pervenerunt. *Grotius d. L. 1. c. 1. n. 15.* In quibus præceptum de Decimis solvendis non invenimus. Israëlitæ autem sunt populus ille unus, cui specialiter DEUS jura dedit, cum quo passim foedus inivit, & qui in peculiarem DEI populum adscitus dicitur *Deut. 4. v. 7. 8. Psal. 147. v. 19. 20.* Illis Israëlitis DEUS præcepit, ut decimas omnes terræ sibi sanctificarent, ut Domini essent *Levit. 27. v. 30. & seqq.* quas Levitis in possessionem dedit pro ministerio, quo serviebant in tabernaculo foederis. *Num. 18. v. 21. Deut. 14. v. 22.* quia nullam peculiarem sortem in terræ sanctæ distributione ijsdem assignaverat *d.c. 18. Num. v. 20. & c. 26. v. 62.* Lex itaq; de Decimis, ut & aliae quæ particularem ad Israëlitarum Politiam respectum habent, & ad illius Gentis ingenia, terræ temporisq; rationem accommodatae erant, non nisi eos obligant, quibus datae sunt, datas autem esse aliis quam Israëlitis, nullo indicio deprehendi potest.

B

13. Non

13. Non enim Eliſæus Naamani Syro , neq; Jonas Ninivitis, neq; Daniel Nabuchodonosoro , neq; Prophetæ alij Tyrijs, Idumæis, Moabitis, Ægyptiis, ad quos scribunt, unquam significarunt. necessitatem efflagitare , Mosis Legem ut suscepissent . Grot. d. l. n. 16. quanquam alioquin peccata eorum satis ex acte enumerent . Grotius L. 5. de Veritate Relig. Christ. pag. 235. qui ibidem hujus rei hanc subjecit rationem ; quod pleræq; legum illarum peculiaria fuerint præcepta, sive ob vitandum aliquod malum , in quod proni erant Judæi , sive ad experimentum obedientiæ, sive ad rerum futurarum significationem introducta.

14. Hinc calculum adjicere illis nequeo , qui asserere non dubitarunt, Decimas à DEO institutas Jure illo divino nunc quoq; deberi , cùm quod præceptum morale videatur , quale obligat tempore etiam novæ legis ; tūm quod jure divino non sint expressè revocatae ; imò à Christo repetitæ potius & approbatae : ab Ecclesiaq; receptæ & in multis Juris Canon. textibus can. nam qui. s. caus. 16. q. 2. c. quadrages. 16. inf. de Consecratione. dist. 5. can. 65. & 66. can. ult. caus. 16. q. 1. can. majores 8. d. caus. 16. q. 7. c. 14. c. 25. c. 20. extr. b. t. divini juris dictæ. add. Joh. Gutierrez. Can. quæst. Lib. 2. c. 21. n. 7.

15. Huc facit, si divinao adhuc jure vigeret illud præceptum, moralisq; lex esset , nulla aut daretur consuetudo in decimis contra c. in aliquib. 32. inf. b. t. aut præscriptio, contra c. ult. inf. extr. de Consuetud. aut dispensatio, quæ tamen in solutione decimarum admittitur, de quibus infra pluribus.

16. Nec stringit argumentum adversiorum, quasi decimæ jure divino præcipiantur, idcirco quod non sunt revocatae . Etenim lex abrogari non potest eorum respectu, quos nunquam obstrinxit, quales nos in Nov. Testamento

mento summis, quippe tantum Israëlitis data. *Iex de solven-*  
*dis decimis erat.* Ablata autem est ab illis obligatio, & qui-  
dem quoad ritualia statim postquam lex Evangelii promul-  
gari coepit, quod Petro Apostolorum Principi elare fuit re-  
velatum. *Aetor. 10. v. 15.* quoad cætera vero, postquam po-  
pulus ille per excidium urbis & desolationem præcisam,  
sine spe restitutionis populus esse desit. *Grot. de J. B. & P.*  
*d. L. 1. c. 1. n. 16.*

17. Quam etiam sententiam cœti veriorem plures à  
*Moneta c. 1. n. 11.* allegati Theologi tenent, ut *D. Thomas* 2.2.  
*q. 87. art. 1.* *Dom. Soto. L. 9. de Just.* & *J. q. 4. art. 1.* & alii, qui-  
bus hâc in re magis quam Canonistis credendum, cum de-  
Jure divino enodando agatur; & si Moralia præcepta per-  
petuò vim habent ex eo, quod sint à naturâ ipsâ instituta,  
*teſte Covarr. L. 1. var. resol. c. 17. n. 1.* & *Joh. Gutierr. d. L. 2.*  
*c. 21. n. 15.* Sequitur Leges Ceremoniales & Forenses, quæ  
non valent ut à Naturâ ipsâ institutæ, post revelatum in  
mundo Evangelium obligationem suam amississe.

18. Nec subvertit sententiam nostram, quod à Chri-  
sto sint repetitæ in N. Testamento, *Math. 10. v. 10.* &c. Ver-  
ba enim Salvatoris tantum evincunt, alendos esse Ecclesiæ  
ministros, non autem præcisam decimarum solvendarum  
necessitatem probant. *Fern. Vasq. illustr. controv. Lib. 2. c.*  
*89. n. 1. vers. verum iſt̄ hec.* Male igitur divini Juris dicuntur,  
cum sub Lege Evangelicâ ut pote divinâ ea tantum servare  
tenemur, quæ à Christo & per ejus Apostolos nobis sunt  
præcepta juxta illud *Math. ult. v. 20. docentes omnes Gentes*  
*servare omnia, quæcunq. mandavi vobis.* & *Pauli Aetor. 20. v.*  
*20.* dicentis: *quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus an-*  
*nunciarem vobis & docerem vos publicè.* At de decimis sol-  
vendis nec in Evangelii nec apud Apostolos datum est  
præceptum; nec Lege ergo divinâ eas solvere tenemur.

Gutierr. d. c. 21. n. 7. Dom. Soto. d. L. 9. q. 4. art. 1. princ. Carpz.  
JPr. Consist. d. tit. 8. def. 125. n. 12. § 13.

19. Consentit D: Thom. in 2. 2. q. 87. art. 1. in respons.  
qui locus ad illustranda superiora apprimè facit, ideoq; adponam: decimæ, ait, in Vet. Lege dabantur ad sustentationem  
ministrorum DEI: unde dicitur Malach. 3. v. 10. infertur o-  
mnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea.  
Unde præceptum de solutione decimarum partim quid erat mora-  
le inditum naturali ratione, partim autem judiciale ex divinâ  
constitutione robur habens. Quod enim eis, qui divino cultui  
ministrabant, ad salutem populi totius, populus necessaria viëtus  
ministraret, ratio naturalis dicitat: sicuti & his, qui communi  
utilitatibus vigilant, scil. Principibus & militibus & aliis huius-  
modi stipendia viëtus debentur à populo. Unde & Apostolus hoc  
probat 1. Cor. 9. v. 7. quis militat suis stipendiis unquam? quis  
plantat vineam & de fructu ejus non edit? quis pascit gregem,  
& de lacte gregis non manducat?

20. Inquis: at hodiè dicuntur decimæ divini Juris  
esse; Respondeo eam ob causam id fieri, quòd præcipue o-  
riginem traxerint ex Lege divinâ V. Testamenti, quam se-  
cuta Ecclesia Christiana easdem decimas novâ sanctione  
restituit, & ita divini Juris esse dicuntur. Canis. d. l. c. 3. n. 13.  
Usi enim sunt Augustinus, Hieronymus aliiq; Patres, do-  
ctrinâ & sanctitate illustres, in adstruendis decimis, passim  
testimoniiis Vet. Testamenti, ut ostenderent Ecclesiam Le-  
gem à DEO Israëlitis datam, imitata m fuisse. Covarr. d. c. 17.  
n. 2. v. & præter has rationes. Sanctis siquidem illis viris sū-  
mæ curæ fuit sustentatio pauperum. c. quia. 8 caus. 12. q. 1. c.  
gurum. 70. & 71. d. caus. 12. q. 2. adeò ut, ne per injuriam aut  
negligentiam res Ecclesiæ minuerentur, Canones veteres  
modum rationemq; disponendi præscriperint, & quatuor  
partes omnium obventionum fecerint, quarum unam pau-  
peribus

peribus : alteram Clericis : tertiam aedificiis & fabricis Ecclesiasticis : quartam Episcopis tribuerent, *can. vobis. 23.26.*

27. *& 28. caus. 12. q. 2.*

21. Cæterum si quis contendat in usum Ecclesiæ ministrorum & pauperum decimas rursus esse convertendas, ei non magno ausu contradicam. Manifestum enim est veteris foederis præcepta, exceptis Ceremonialibus illis, quæ præfigurabant Christi mysteria, adventum scil. immolationem agnii, circumcisionem (qualia post Legis Evangelicæ Edictum observantibus, mortifera esse deducunt *D. Thom. 2.2. q. 87. art. 1. in solut. quast. 3. 1. 2. q. 104. art. 3. Covarr. d. l. c. 17. n. 1. v. hinc non immerito, & vers. ex ead. radice*) repeti & in usum Christianorum adduci posse lege novâ latâ: quemadmodum multis locis videre est in *c. 1. extr. de Furt. c. 1. extr. de Homicid. c. 1. 2. 3. 4. & 5. extr. de Jurejur.* Quod si tamen in usum revocatae fuerint, non tam V. Testamenti, quam novæ leges erunt. *Covarr. d. vers. hinc non. Canis. in h. tit. de Decim. c. 3. n. 10. & 11.*

22. Sed de hoc nimis fortè multa, quæcò pertinent, ut intelligamus, quid variæ Gentes circa decimas observârint, & qualis earundem sit origo. Nunc accuratiùs natura decimarum videnda est. Fuisse olim 4. genera decimarum, apparet ex *c. 1. extr. b. 1. inter quæ primum in d. c. 1. positum propriè nomen decimarum meretur: varia in super recenset *Rebuf. q. 3. n. 14. & seqq. quæ aut in usu non sunt, aut ex personis, quibus solviuntur, aliisq; qualitatibus constituuntur.**

23. Verbum quoq; decimæ est *ταλίσματον.* Accipitur enim I. pro ipsâ re, sive sit decima vel alia quota pars, quæ decimæ loco datur. II. sensu juridico, pro Jure eam percipiendi. III. Metonymicè pro territorio & districtu ex quo decimæ solvuntur. *c. cum in tua zo. & t. t. de Decim.*

Besold. Thes. Pract. 2.ocab. Zehend ibi: so weit gehet dieses oder  
jenes Flecken Zehendt.

24. Ex iis verò acceptationibus secunda potissimum  
hujus est loci; quo sensu decimæ describuntur, quod sint  
jus percipiendi quotam partem ex rebus alienis sicutè acqui-  
sitis, Ecclesiæ vel aliis lege aut consuetudine constitutum.  
*c. ex transmissâ. 23. c. 30. ibi: cum ipsis terra illa ab antiquo fu-  
erit decimalis. &c in f. ad quas de Jure communis spectat perceptio  
decimarum. Gl. in c. in aliquib. 32. in f. extr. h. t. & arg. can.  
66. caus. 16. q. 1. c. 4. caus. 16. q. 7. c. 5. 6. 22. 23. extr. eod. Canif.  
c. 1. n. 6.*

25. Dividuntur decimæ à variis variè vid. Rebuc. q. 3.  
*n. 1. & seqq. usitatissima autem earum divisio est in perso-  
nales & prædiales sive reales c. ad apostolice. 20. c. ex multi-  
plici. 3. c. pastoralis 28. extr. h. t. Reb. d. q. 3. n. 29. Monet. c. 3.  
n. 5. Tyndar. de Decim. n. 4.*

26. Personales sunt, quæ debentur ex lucro licto in-  
dustriæ vel operarum nostrarum, veluti ex negotiatione,  
scientiâ, artificio aut professione, proveniente. Inter has  
cōpurantur militia c. 22. h. t. præda ex justo bello capta, venia-  
tio pescatio, nisi haec sint in fructu Prædii, quia tunc magis  
ad prædiales pertinent *l. venationem. 26. ff. de Usur. d. c. ad a-  
postol. 20. c. non est in 22. c. 28. extr. de Decim. & can. 66. caus.  
16. q. 1. Zæf. ad h. t. n. 5.*

27. Quæ Jure Canon, introductæ sunt, non enim eas  
in V. Testamento Leyitis solutas, aut aliquo in loco præce-  
ptas esse deprehendimus, sed tantummodo datas fuisse deci-  
mas de frugibus & pomis arborum, quæ sub virgâ pastoris  
transibant, *c. ult. Levit. inf. Sotode Just. & f. l. 9. q. 4. art. 2.*  
Nec specialis ratio deest, quare in V. Testamento non fuit  
datum præceptum de personalibus decimis, quia omnes a-  
lia & singulæ tribus certas possessiones habebant & agros  
suos.

dieses oder  
flum.  
od sine  
re acqui-  
tum.  
tiquo fu-  
perceptio  
rg. can.  
Cany.  
  
f. q. 3.  
perfo-  
culti.  
net. c. 3.  
  
cito in-  
ione,  
er has  
vena-  
magis  
ada  
cauf  
  
meas  
ace-  
deci-  
oris  
2.  
nit  
s a-  
ros  
uos

suos, de quibus poterant satis commodè providere Levitis, ita ut non necesse fuerit exigere personales. Cum autem Pontifices reprehenderent, non solum familias multas, sed etiam Urbes & Respublicas quasdam agris carere, & non ex prædiorum fructibus vivere, sed varias rei familiaris & quærendæ pecuniaæ rationes & artes excogitasse quæ ple- ræq; nihil contribuerent, personalibus hisce decimis sibi suisq; prospicere voluerunt. *D. Thom. secunda secunda quest. 87. art. 2. in conclus. v. ad primum dicendum. Leonh. Lessius de Just. & J. lib. 2. c. 89. dubitatione 3. n. 13. Werndle d. l. Lib 2. c. 1. v. und solche Behenden.*

28. Prædiales sive reales Decimæ sunt, quæ de fructibus perceptis ex re sive prædio solvi debent *arg. c. per vent 5. 6. 20. & 26. ibi: & cum de cunctis extr. h. t. Mon. c. 3. n. 6. ut de frumento cuiuscunq; generis, oleo, vino, oleribus, lignis, fructibus arborum & similibus c. non est 22. & passim h. t. c. 66. cauf. 16. q. 1. c. 4. cauf. 16. q. 7. de blado & universis legumi- nibusc. ex multiplici. 3. d. t. de Venatione quoq; & pescatione, quatenus considerantur ut fructus prædii d. l. 26. ff. de Ufur. Sicut & de lapidicinis, metallis & id genus aliis, quia sunt in usufructu fundi l. item si. 9. ff. de Usufr. de fructibus animalium, ut de caseo, lacte, butyro & pilo, quæ fructuum quoq; nomine veniunt, *q. in pecudum. 37. q. de R. D. l. 28. ff. de Usufr. Werndle d. L. 2. c. 1. Azor. Inst. Moral. L. 7. c. 24. quest. 9.**

29. Debentur autem decimæ regulariter de omnibus rebus *d. c. 22. & 23. h. t. quamvis in diversis locis multarum rerum, ut olerum, raparum, pratorum, nemorum, piscinarum & similiūm sublatæ sint decimæ Gudelin de Jure noviss. L. 6. c. 13. n. 6. Sicut & rarò decimas solvi de ligno notat Beßold part. 2. consil. 75. n. 6. ibi: Dass der holz- behende fast niergends undt in wenig orten dieses Herzogthums auch*

auch nechstgelegenen Herrschäften eingezogen werde: Dass also gewiss unzählbare Personen zu finden / die die Tag ihres Lebens von einem Holzgehend nichts gehöret haben. Add. Mon. c. 4. q. 1. conclus. 1. & 2. n. 1. usq; ad 38. Rebuf. q. 8. aliquot. num.

30. Nec eximuntur novalia, sed de iis etiam decimas esse præstandas, ex c. quoniam 13. b. t. & c. quid per novale. 21. extr. de V. S. ibi: sed nec de quolibet tali novali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo duntaxat. item ex c. ex parte. 27. c. cum contingat. 29. b. t. manifestè probatur.

31. Et quamvis de uno agro non decem fasciculi colligantur, adeoq; decima non videatur solvenda, attamen. iidem cum cæteris in alio agro collectis connumerari debent. Werndle L. 2. c. 1. queß. 2.

32. Non frustra vero in descriptione Decimarum, verbis, QUOTAM PARTEM utor, quia non semper decima sed octava, duodecima, vigesima vel alia aliquando pars debetur. Calvin. in Lex. Jurid. vocab. decima. Mon. c. 2. n. 4. s. Rebuf. q. 4. n. 3. & q. 13. n. 46. Tyndar. de Decim. n. 31.

33. Pars autem quota debetur rerum licite quæstarum c. ex transmissâ 23. ibi: quia fidelis homo de omnibus quæ licitè potest acquirere, decimas erogare teneture extr. de Decim. Illa enim quæ in justè quis acquisivit, cum alienum quid, nec in bonis nostris esse habeantur, can. quid dicam 11. in f. caus. 14. q. 4. tenetur restituere, alias peccatum non remittitur c. peccatum 4. de R. I. in 6. ubi Dd. & species quædam furti est, de alieno largiri l. si pignore. 54. ff. de furt. §. furtum 6. J. de oblig. quæ ex del. nasc. Inservit huic assertioni cap. 23. Deut. v. 18. & imprimis can. non est putanda 27. ibi: ne ergo sub obtentu eleemosyna. caus. 1. q. 1. c. eleemosyna 7. caus. 14. q. 5.

34. Ubi tamen distinguendum est inter decimas rerum illicitè quæstarum prædiales & personales, quarum ille licitè recipiuntur ab illicitè rem tenentibus, quia debentur

Dat al.  
Ihes Le.  
Mon. c.  
ot. num.  
decimas  
vale. 21.  
us eis in  
ex c. ex  
ur.  
ali col.  
amen.  
ti de-  
  
arum.  
ma sed  
ars de-  
n. 4.5.  
  
uista-  
qua que  
Decim.  
quid,  
1. inf.  
emit-  
am-  
rum  
12.  
rgo  
1.5.  
re-  
m-  
de-  
nur

bentur ratione prædii, cuius possessorem decima sequitur, sive justum sive injustum c. quanto. 18. extr. de Uſur. c. de ter-  
ris 16. b. t. ne Ecclesia ſuo Jure fraudenir. Zæſ. ad h. t. num. 11.  
v. gr. de fructibus prædii ex pecunia foeneratia emti eſt  
ſolvenda decima, quia fructus illi non ſunt affecti vitiou-  
ſurarum iniquarum, & ipſe proventus fructuum non venit  
ex illicita exactione, ſed divinâ largitate, quâ multiplicatur  
ſemen. In personalibus autem rerum illicite quaſitarū  
decimis obſervari debet, utrum personæ solventes perſe-  
verent in peccato, & an Dominium rei in accipientem  
transferatur, ita ut alteri nulla repetitio coemptat: Si solventes  
perverant in peccato, eorum oblationes repelluntur  
recipiuntur. arg. can. non ſanè. 15. in f. ibi: iſti ſi viam vitæ  
mutaverint. cauſ. 14. q. 5. Quod ſi verò dominium rei in-  
accipientem transfertur, nec lucrum ſit formaliter injustū,  
etiam quæ anteā meretrix fuit & hiftro decimas recte ex-  
ſolvunt. arg. l. 4. §. 3. ff. de condit. ob turp. vel injuſt. cauſ. Se-  
cūs eſt ſi res acquisita fuerit per formalem inuſtitiam, putā  
furtum, rapinam, quo caſu dominium in accipientem non  
transfertur, & solventi competit repetitio. Zæſ. ad h. t. n. 7.  
& 8. Tyndar. de Decim. n. 49. & ſeqq. Monet. c. 4. n. 42. ſeqq.

35. Unde eluceſcit differentia inter decimas persona-  
les & prædiales, quod illæ omnino non, aut non ſimpliciter ut hæ debeat ur ex inuſtè acquisitis. Deinde, quod il-  
læ debeat Ecclesiæ, ſub quâ domicilium habet & Sacra-  
menta accipit ſolvens, etiamſi alibi lucrum fecerit: hæ ve-  
rò Parochiæ, ſub qua ſita ſunt prædia, ex quibus debeatur.  
c. 10. extr. de Praſcript. c. 20. extr. b. t. Tertiò, quod præ-  
diales integrè ſint præſtandæ, non deductis expensis velu-  
ti ſeminis, culturæ, collectionis vel alterius rei, d. c. 22. 26.  
& 28. b. t. non deductis etiam tributis & censibus per expr.

C

text.

*text. in c. cum non sit, d. t. personales verò deductis prius  
expensis in negotiatione quærendarum, emendarum &  
convehendarum mercium causâ factis d. c. 26. & 28. b. t.  
cum in negotiatione non videatur aliquid acquiri, quām  
quod deductis deducendis superest l. *Mutius* 30. ff. pro *Soc.*  
Sic portio prædialium decimarum non venit detrahenda  
lucro, sed fructibus citra deminutionem. Atq; sic cessat  
regula, non censeri fructus, nisi quod deductis expensis su  
perest l. *fructus* 7. ff. *Sol. matr. Zæf.* n. 12.*

36. Verùm cum bonâ gratiâ personales decimas di  
mittam, quandoquidem hodiè vix in toto orbe Christiano  
amplius sunt in usu, sed ubiq; ferè locorum in desuetudi  
nem venerunt. *Gudelin. de Jure Noviss.* d. L. 6. c. 13. n. 6. *Zæf.*  
*adh. t. c. 1. n. 6.* *Werndle* d. L. 2. c. 1. v. und solche Behenden.  
*Carpz.* L. 1. *Jurispr. Consist.* def. 131. n. 3. *Canis* c. 7. n. 4 &  
alij. Nec immeritò: postquam dicente *Covarruvia*, ex  
pensæ fuerunt deducendæ, parùm sæpe aut supererat lu  
cri, aut ignorabatur. L. 1. var. *resol.* c. 17. n. 8. Frustra itaq;  
quærereim, an etiam ex adquisitis per donationem, testa  
mentum, legatum aut similia, quæ titulo lucrative obve  
niunt, jure debeantur Decimæ? Quanquam id quidam ex  
istimant per d. c. 23. b. t. alii tamen & rectius quidem nega  
re videntur, cum in rigore Juris probabile sit, non deberi,  
quia ex nullo Jure hoc colligitur, onera autem non sint  
augenda sine Jure cogente; Facit, quòd hæ res neq; exten  
rà neq; ex operis nostris proveniant, ideoq; earum deci  
mæ neq; prædialibus neq; personalibus annumerari pos  
sint.

37. Prædiales iterum subdividuntur in majores &  
minores sive minutæ *in c. 3. & 30. extr. b. t. Reb. q. 3. n. 26.*  
illæ sunt, quæ de frumento, oleo, vino, aliisq; hujusmodi  
solvuntur; hæ, quæ ex hortis, leguminibus, partu anima  
lium

lum & aliis terræ fructibus penduntur. *Zæf. d. l. n. 14. Nic.*  
*Reusner. L. 4. decif. 2. n. 10.*

38. Tertiam autem speciem non agnosco, Mixtas videlicet quas partim à prædiis, partim à personis provenire volunt, veluti quæ ex fructibus pecorum, avium in prædiis nostris colliguntur, concurrente nostrâ industria. *Canis. c.*  
*2. n. 1. v. miste Werndle L. 1. c. 2. v. Driftens. Nā cùm dubiū oriri posset, utrū illarū decimæ deductis vel nō deductis expēsē solvēdæ essent, & personales in desuetudinē abierint, mixtæ etiam hæ corruant, & inter prædiales rectius numerantur. Nicol. Reusn. d. L. 4. decif. 2. n. 8.*

39. In ancipitem hoc loco venit quæstionem: an Principes Seculares jure decimas percipiānt? Pontificij negativam strenuè defendunt; me certè futelis suis non movent, ut ut enim olim Ecclesiis decimæ exsolvebantur, quippe in quarum gratiam & sustentationem principaliter erant constituta. *c. quamvis. 17. c. 22. b. t. c. cum secundum.*  
*14. extr. de præbend. imò & personales quoq; excogitatæ, ut th. 27. dictum, posteā tamen merito jus decimarū ad Principes Seculares, Respublicasq; Christianas, personas quoq; tām publicas quām privatas pervenire, & sic non tātūm cōsuetudine sed remissione ipsorum Pontificum imminui, Ecclesiisq; subtrahī cœpit, uti ex *Cranzio Lib. 1. Metropol. c. 2.* videtur est, qui, postquam probavit *Saxones infideles, pratio victos & Christianos redditos, libertati licet assueti tributorum nomen horruerint, decimarum tamen exactiōnem recusare minus posuisse*, tandem concludit, *Annales hinc ortum interpretari, ut multarum hodie decimarum exactiōnes sint in manibus Laicorum.* Pergit ille loco cit. *Ego aliam huic rei accessisse causam conjicio, cūm ion satis fiderent Pontifices sua Jura à Laicis Principibus tueri, dedisse arbitror partem decimarum, Principibus in manum, per speciem fendi & beneficii, malentes**

amittere dimidium quam totum: inde factum ut a Principibus  
transirent in ministeriales, qui nunc militares appellantur.

40. Quibus Crantzij verbis majorem fidem facit  
Oratio Friderici I. Imperatoris Geilenhusæ in eminentissimo Imperij conuentu habita, cuius meminit Christoph. Lehman in Chron. Spir. L. 5. c. 67. vers. die 7. und 8. Gerechtigkeit. hisce verbis: Imperator Fridericus curiam generalem edixit in Geilenhausen, ubi convenit multitudo Episcoporum & Principum. Et procedens in concionem sic omnibus locutus est: rogamus vos summos Sacerdotes & Episcopos & Principes, quorum corda Justitia possidet, ut animadveratis, que dico. Compertum fore habet is, quantis adversitatibus impetrar a Domino Papa, in quo autem gratiam ipsius deminuerim, ignoro. Dicit Dominus Papa in iustum esse, aliquam Laicorum personam decimas possidere, quas manifeste dominus his, qui altari deserviunt, deputaverit. Scimus autem Decimas & Oblationes a DEO Sacerdotibus & Leviti primis deputatas. Sed cum tempore Christianitatis ab Adversariis infestarentur Ecclesie, easdem Decimas præpotentes & nobiles viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, que per se obtinere non valerent. Carpz. Jurispr. Consist. L. 1. tit. 8. def. 138. num. 3.

41. Nec veliometer Pontificios juvant mores V. Testamenti; Ned dicam etiam Veteris Testamenti tempore Laicos capaces fuisse Juris decimandi. Excellens est exemplum 1. Sam. qui Latinis, 1. Reg. 8. v. 15. 17. ubi Samuel jura Regis & Regalia, populo Israëlitico Regem petenti prædicens, inter alia hoc adjicit: sed & segetes vestras & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Carpz. d. def. 138. n. 2.

42. Imò ipsis Pontificibus res Ecclesiæ Spirituales sunt vel temporales. Lancell. Inst. Jur. Canon. L. 2. tit. 1. princ. illæ

illæ, quæ Spiritui deserviunt, atq; animæ causâ institutæ sunt, ut Sacraenta, altaria & his similia: Hæ verò, quæ non tam Spiritus quam corporis gratiâ pro Ecclesiasticis ministeriis, Sacrorumq; ministrorum usu sunt comparatae, ut sunt prædia, domus & fructus decimales d. pr. ubi ultrò largiuntur fructus decimales temporales esse; & decimas medium quandam inter Spirituales & temporales res naturam obtinere. *Lancell. d. L. 2. tit. de Decim. 26. princ.* Unde apparet decimas, cum animæ causâ non sint institutæ ut Sacraenta, bona tantum Ecclesiastica temporalia esse, ad DEI cultum non nisi mediately inservientia; hincq; ultrò sequitur jus illas percipiendi non esse, Spirituale essentialiter, absolute & effectivè tale, sed Ecclesiasticum temporale, adeoq; Laicis ut concedatur, non inhabile. Non obstat igitur *d. pr. tituli 26.* quod Jus decimandi Spirituale dicit, ostensum enim jam est, illud reverà, simpliciter & essentialiter tale non esse.

43. Præterea si jus decimandi merè Spirituale esset, ita perpetuum esse deberet, ut nec Laicorum unquam fieri, aut ab ipso Pontifice immutari & in Laicos conferri posset, quod tamen fit, quando illos capaces juris percipiendi reddere solet, & quando Laici omnino jure decimandi, quod ante Consilium Lateranense titulo feudi ab Ecclesiis nacti sunt, adhuc gaudent, *v. th. 50. & 57.* Deinde non sequitur, bona sunt destinata ad usum ministrorum DEI, ergo sunt Spiritualia, sed hoc, ergo Ecclesiastica sunt, quia ad DEI cultum mediately tantum inserviunt: & alioquin alii redditus Ecclesiæ & bona itidem inservientia, qualia à Laicis possidentur *N. A. de Anno 1555. §. Dieweij* aber eßliche &c. in universum Spirituale dicenda forent, quæ tamen quasi & secundum quid, in laxâ significatione talia sunt. *Franc. Duaren. de Sacris Eccl. minister. & benefic. L. 2. c. 2. inf.*

44. Cum Reus Nero itaq. L. 4. decimis. 2. n. 3. decimas<sup>2</sup>  
alias Ecclesiasticas esse, alias Seculares sive profanas statuo,  
quarum haec aliquando species quædam tributi sunt, à Do-  
minis rebus impositi arg. l. 3. C. de Metallic. & metallis. &c.  
quales recenset Rebus. q. 3. n. 19. 20. 21. & exemplis exornat  
Petr. Greg. Tholo. Synt. 3 universi L. 2. c. 20. n. 2. Breviter:  
Profanae in commercio hominum sunt, instar bonorum,  
patrimonialium, & ad usus profanos: Ecclesiasticae ad mi-  
nistrorum Ecclesia sustentationem sunt destinatae.

45. Quæ ex Lege Canonum solvendæ sunt Clericis<sup>2</sup>  
de prædiis sub illorum Parochiâ sitis c. cum sint 18. inf. ibi:  
quia difficile nimis videtur, ut una Ecclesia in Episcopatu alteri-  
us recipiat decimas. c. 20. §. decimas verò messium b. t. juncto  
can. 1. caus. 13. q. 1. ubi tamen ad consuetudinem recurren-  
dum esse monet Pontifex in d. c. 18. & 20. extr. b. t. & c. fin.  
extr. de Parochiis. vid. c. un. §. in diæccl. & in fin. partis. 3.  
caus. 13. q. 1.

46. Intellige autem non quemvis Clericum sed E-  
piscopos & post eos Parochos, qui propriè Spiritualia mini-  
strant; nam simplices non habent jus ad decimas vi solius  
characteris Clericalis, nec religiosi ex vi status sui, quippe  
non serviunt populo in spiritualibus. Zæf. ad b. t. n. 39.

47. Divitibus etiam ministrantibus Decimas debe-  
ri juri consentaneum existimo, cum nemo militet suis sti-  
pendijs, r. Cor. 9. v. 7. ; Sicuti Creditori amplas divitias pos-  
sidenti nihilominus debitum est solvendum: Principi po-  
tentis & ditissimo tributum: operario locupleti condigna  
merces. Non enim divitiae sunt causa justa, ob quam quis  
Jure suo privetur, neq; tollunt fundamentum obligationis;  
nec paupertas causa est, cur decimæ dentur Sacerdoti, sed  
quia ex officio ministrat. Covarr. L. 1. var. resol. c. 17. n. 4.  
Azor. Instit. Moral. L. 7. c. 25. q. 9.

48. Magis<sup>2</sup>

48. Magis dubitatur, utrum propter maliciam & per-  
versitatem Clericorum c. 1. dist. 96. pr. & c. tua nobis 26. h. t.  
denegandæ ijs decimæ sint, cum si præstantur, foveri illi ac  
ali in peccato videantur c. non omnis 2. ibi: utilius. caus. 5 q. 5.  
Affirmativæ tamen standum esse cum Zæsto puto n. 41. ex  
eo, quod non recipiant propter bonitatem vitæ sed serviti-  
um, quo præstito, Parochiani à debito decimarum exempti  
non erant; dummodo non sit notioris fornicator aut alijs  
notis criminibus irretitus is, cui decimæ debentur, quo ca-  
su illi justè denegari poterunt. c. præter. 6. Dist. 32. & decimæ  
authoritate Episcopi in utilitatem Ecclesiæ converti Reb.  
q. 13. n. 7. 9.

49. Sed hic objicientē audio, si decimæ animarū curā ha-  
bentibus sunt solvendæ, utiq; ad Laicos non pertinent. At  
hoc non obstante, reetè Laici decimas percipiunt per ea,  
quæ supra th. 39. 40 & sq. tradita sunt, etiam per Oecono-  
mum, qui domino suo easdem percipit.

50. Et quomodo Jure decimas denegesij Laicis, qui  
ante Concilium Lateranense illos in feudum & quidem  
perpetuum accep. erunt, & ex concessione ejusdem ob de-  
fensionem & merita in Ecclesiam licitè possident? per expr.  
tx. inc. 2. v. sanè. h. t. in o. c. cum apostolica 7. inf. extr. de his  
quaesunt à Prael. arg. c. item si Episcopus 1. Feud. 6.

51. Præsumuntur autem Laici ante Concilium Late-  
ranense feudum decimarum habuisse, si possessio quæ me-  
moriam hominum supereret, probari possit, & hoc vel per  
certos testes, se vidisse semper ita fuerit affirmantes,  
& nunquam vidisse contrarium, & à Senioribus & Ma-  
joribus audivisse id ita factum, nec unquam audivisse con-  
trarium actum esse. Monet. c. 5. n. 76. Rebuf. q. 13. n. 94. 95.

52. Vel saltem si ex famâ constet, Laicos illas deci-  
mas feudi titulo posse dissipli ovar. d. c. 17. n. 5. inf. Cujus  
rei præjudicium Capellæ Tholosanæ exstat inter Episcopū

Canturiensem & Nobilem quendam, cuius antecessores cum decimas ab immemoriali tempore jure feudi possedissent, idq; publica fama testaretur, ille in eodem feudo confirmatus est. *Canis.c.13.n.10.*

53. Quo casu decimæ ante concilium Lateranense à Laico acquisitæ in alium Laicum rectè transferri possunt, quia feudo perpetuo, quod non possit dici jus perpetuum, nisi transiret in alios ex naturâ & qualitate ejus subinfeudatio & successio annexa est, sive feudum seculare sit sive Ecclesiasticum, cum textus Juris feudalnis indistinctè loquuntur. *Ampliss. Dn. Ludwell, Jctus celebratissimus, de quo nunquam ita magnifice quidquam dicimus, quin id virtus superet ejus, Dominus Praeceptor & Patronus meus nunquam non de venerandus in Synops. Jur. Feud. c. 15. de effectu feudi quoad Vasall. pag. 396. inf.*

54. Et ita observatur in Hispania, ubi decimæ liberè hinc inde alienantur & sunt in commercio Laicorum, non secùs ac reliquæ res profanæ. *Vasq. d. L. 2. illustr. controv. c. 89. n. 2. ¶ denig. pro hac parte. In Galliis quoq; decimæ infeudatæ ante Concilium Lateranense per Laicum vendi possunt contra c. 19. b. t. regiisq; literis inhibita est judicibus Ecclesiasticis hujusmodi decimarum cognitio, qui hanc ad judices seculares remittere coguntur, & latius persequitur *Chaffan. in Consuetud. Burgund. rubr. des justices & droit des icelles 1. §. Meffiers & sergents sont creux. o. n. 35.* Principes itidem in Germaniâ nostra seculares, nullo planè Episcopi consensu adhibito, de ijs sicut rebus alijs disponunt, & frequenter nobilibus aliisq; Laicis inferioris conditionis illas infeudare solent, teste *Bocer. de modis amittendi feendum.* *Tractatu.s.c. 2. n. 31. inf. Azor. d. L. 7. c. 26. Inst. Moral. q. 2. ¶ ex his multa.**

55. Praeser-

55. Præsertim cum Jurisdictio Ecclesiastica, quæ pene  
Pontificios erat, quod ad Protestantiū territoria suspenſa  
sit superiori ſeculo, per Transactionem Paſlavienſem An-  
no 1552. & plenam religionis pacificationem in Comitijs  
Augustanis iuſſu Caroli Cæſaris à Ferdinandō Rege Ger-  
maniae, statibusq; Imperij initam & à Maximiliano II. Cæ-  
ſare Anno 1566. confirmata: ex illo tempore bona etiam  
Ecclesiastica & decimæ à multis in profanos & privatos uſus  
converti & in quosvis ſeculares alienari coeperunt Georg.  
Schönbörn. Pol. Lib. 4. c. 6. de Pace religionis &c. princ. & v.  
Bona Ecclesiastica. & v. jurisdictio. R. A. zu Augſburg de An-  
no 1555. verſ. und dagegen. verſ. die weil aber etliche. & v. 2. seqq.  
item de Anno 1566. verſ. und nach dem dan nicht weniger.

56. Idq; optimo Jure. Consuetudo enim iſta, quæ et-  
iam post Lateranense Concilium concedi decimas Laicis  
permittit, maximè eſt legitima, cùm quod aliis hodiè ac  
olim Ecclesiarum status, & hoc murato aliud per consuetu-  
dinem, cuius magna vis, l. 33. ff. de Legib. c. fin. extr. de Con-  
ſuetud. jus induci poſſit; tūm quod Decimæ, quatenus tales,  
non debeantur Jure Naturæ vel etiam divino N. Testamen-  
ti, ſed ſalarium Ministris Ecclesiæ persolvatur, quod ſive  
decimarum præſtatione, ſive alio modo veniat, nihil in-  
terest. Carpz. JPr. Conſit. d. L. 1. def. 126. num. 1. jung. ſuprā  
ditta.

57. Satis fortean prolixus fui in Laicorum decimis  
eruendis. Sunt præterea alia etiam personæ præter Cle-  
ricos, quibus non denegantur Decimæ, ſcil. illis, quæ hoc  
jus ex ſpeciali Summi Pontificis confeſſione habent, qui  
hujus Juris alias jure Canonum incapaces Laicos, capaces  
reddere poſteſt arg. c. ſignificati 4. inf. ibi: *ajunt in Concilijs*  
*ſtatutum non inveniri, quæſi Romana Ecclesiæ legem preſixerint*  
*ulla Concilia, cum omnia Concilia per Romani Pontificis autorita-*

D

tem

tem & facta sint & robur acceperint. extr. de Election. & elec-  
ti potest. c. proposuit 4. in f. ibi: qui secundum plenitudinem  
potestatis de Jure possumus supra jus dispensare. Vsq. d. c. 89. n.  
caterum 6.

58. Hujus rei exemplum subministrat Covarr. Tom.  
2. praet. quæst. c. 35. n. 2. v. terriò quoties. afferens Reges Ca-  
tholicos Ferdinandum & Elisabetham Decimas Regni  
Granatensis obtinuisse à Pontifice, cum onere tamen do-  
tandi Ecclesias. Azor. d. c. 25. q. 12. quale onus sustentatio-  
nis, si aliunde non competat can. ult. caus. 16. q. 1. annexum  
intelligitur, & tantum de proventibus decimarum relin-  
qui debere, ut Rectores Ecclesiarum commodè Jura Epi-  
scopalia exhibere possint arg. c. 2. v. ubi autem. de Decim.  
in 6.

59. Nec solus Pontifex olim, verùm etiam Episcopi  
decimas Principibus Laicis in feudum dederunt arg. d. 1. Feu-  
dor. 6. quam potestatem autem Urbanus II. in S. Synodo  
ipsis ademit, ita ut post illam istæ concessiones decimarum  
ratæ non essent d. tit. 6. quæ prohibitio illo tempore oppi-  
dò necessaria fuit propter prodigalitatem & abusus Præla-  
torum. Zæf. ad tit. de Decim. n. 47. Ita ut etiam reperita fue-  
rit in Concilio Lateranensi Anno 1179. sub Alexandro III.  
post Synodum illam Urbani II. habito c. 17. & 19. extr. b. t.  
Covarr. d. c. 17. L. 1. var. resol. n. 5. vers. & dubio procul.

60. Hucusq; de personis tām Clericis quām Laicis,  
quibus decimæ competunt, jam in Scenam eas producam  
personas, quæ decimas præstare debent.

61. Regulariter omnes homines decimarum soluti-  
tioni obnoxii sunt. arg. c. non est 22. c. 23. c. 24. extr. b. t. qui  
fructus sibi acquirunt. c. cum homines 7. c. pastoralis. 28. c. ex  
part. 21. in fin. ut de omnibus prædiorum fructibus decimas per sol-  
vant. extr. b. t. A Clericis penduntur decimæ de bonis pa-  
trimoniis

trimonialibus arg. can. si quis Laicus. 42. caus. 16. q. 1. à Religiosis & Monachis de prædiis à Laicis conductis c. 8. extr. b. t. c. 2. vers. caterum, b. t. in o. add. Rebus. q. 14. Monet. cap. 5. num. 9. II.

62. Laici decimas solvere debent d. can. 42. caus. 16. q. 1. tām domini quām coloni cap. 26. vers. & cum de cunctis omnino proventibus decima sint reddenda sicut colonus : sic & dominus &c. Judæi quoq; & omnes infideles de terris quas sub dictione Principum Christianorum colunt Lancell. Inst. Jur. Can. L. 2. tit. de Decim. 26. vers. illud etiam. quæ antea decumatæ ad eos pervenerunt c. de terris. 16. b. t. c. quanto. 18. extr. de Usur. cūm onus illud reale quemvis rei posses-forem sequatur arg. d. c. 18 inf. & l. 3. C. sine censu fund. com-par. non posse. Zæf. ad h. t. n. 18. ne illi melioris sint conditio-nis ac Christiani arg. l. Servius 4. ff. quod vi aut clām. Item, Pauperes, quia obtenu paupertatis nemo aliena tenere & peccare debet, l. palam 47. §. 5. ff. de R. Nupt. & decima tan-quam debitum solvitur ; in debiti autem solutione non ha-betur ratio difficultatis vel inopiae. l. continuus 137. §. illud 4. ff. de V. O. Rebus. q. 5. n. 14. Tyndar. n. 41.

63. Quod tamen jus cum rigore non exercendum esse in pauperes existimo arg. c. licet. 3. extr. de censib sed remis-sionem meretur necessitas magna, cūm & pauperibus per-decimas subveniendum sit , & quicquid Clerici habeant, pauperum esse intelligatur c. fin. caus. 16. q. 1. & decimæ sint tributa egentium animarum c. tua nobis. 26. b. t. putā si for-tè pauperes cogerentur omnia vendere & mendicare, si vellent decimas solvere , quas longo tempore non solvis-sent Reb. d. q. 5 n. 15. Monet. c. 5. n. 32. Zæf. ad h. t. c. 2. n. 19. Et eō potissimum consilio olim à piis & fidelibus prædia-possessionesq; datas fuisse Ecclesiis testatur Lehmanus, ut ex earum fructibus non ministri tantum, sed quicunq; etiam,

alij egentes alerentur, quorum ingentem numerum nutrire solebat Ecclesia in Chron. Spir. L. 2. c. 35. circa fin. add. th. 20.  
Quod si pauperes ad pinguorem rei familiaris statum & fortunam reversi fuerint, remissione tali non gaudebunt,  
arg. S. f. J. de action. Reb. d. q. s. n. 14. Canis. c. 5.

64. Emtores præterea & Conductores prædiorum, quæ Monachi illis vendiderunt & locârunt, præstare decimas ex illis debent, quanquam hi nemini easdem solvebant c. licet 11. extr. h. t. Privilegium enim quod in Monachis erat personale, personam tantum sequitur, neq; eam transgreditur c. sâne 9. extr. de Privileg. c. 6. de R. I. in 6.

65. Novus deniq; prædij possessor ad decimas solvendas, quæ ab ejusdē antecessore persolutæ nō sunt, adstringitur, quia illarum præstatio onus reale est, quod rē ipsam sequitur, arg. l. 3. C. sine censu fund. compar. non posse. junctā l. 3. C. de annon. & trib. & l. Imperatores 7. ff. de Publican. Et quamvis factum venditoris emtori sive novo prædij possessori nocere iniquum dicat Henr. Canisius in pralect. adh. t. c. 4. n. 3. quia factum cuiq; suum & non alij nocere debeat l. factum cuiq; 155. ff. de R. I. l. 1. pr. ff. de alien. jud. mut. ca. facta. attamen quod pace eorum dixerim, rationes allatae non explet mihi animum, siquidem decima omnino est onus rei annexum, ideo novus possessor ad decimas illas præstandas conveniri poterit, cum illo tamen temperamento, id fieri per indirectum & ratione tacitæ hypothecæ, quia præstatio fundo inhæret arg. d. l. 7. ff. de Publican. quamvis postea recuperare ab autore & antecessore tuo possit per l. 41. ff. de action. emt. & d. l. 7. Carpz. Ipr. Consist. d. L. 1. def. 128. n. 5. & seqq. aliquot.

66. Nunc descendendum esse ad personas, quæ à Solutione decimarum sunt exemptæ, prius autem quam illas aggrediar, exponam, quis immunitatem illam concedere

re

re possit, quod nullus de Jure Canonum & ex mente Pontificiorum, præterquam Summus Pontifex potest, c. 3. c. 9.  
extr. h. t. Zæf. adh. t. c. 2. n. 30. etiam sine ullâ urgente causâ  
ob potestatem, quam ut excommunicationis fulmen evi-  
tent Pontificij, ABSOLUTAM dicunt.

67. Neq; Prælatis hanc remittendi potestatem per-  
mittunt, si quidem contra legem superioris, quos licentiam  
demùm habere volunt, decimas aut earum partem, aut be-  
neficia ex ijs instituta ad opera vel loca pia commodiùs ap-  
plicare uniendo, dividendo, prout res postulat. Zæf. d. l. n. 32.

68. Et quod mireris, ipsi quoq; Imperatori concessio-  
nem eximendi à decimis denegant c. tuaporro. 25. h. t. arg.  
c. 5. dist. 10. & Regibus c. dudum. 31. cod. Sed valeant isti  
cum suâ assertione, rectius sentiūt nostrates, dum postha-  
bitis illis decretis Pontificum Imperatori & Secularibus  
Principibus potestatem concedédi à solvendis decimis im-  
munitatem solidis argumentis evincunt, quâ de re forsan  
in conflictu v. Martin. Rümlin in differt. 8 ad A. B. cap. 9. de  
auri arg. & aliarum specierum mineris. th. 9 junge R. A. zu  
Augsburg de Anno 1555. §. Damit auch obberührte.

69. Progredior ad Personas à præstatione decimarum  
immunes. In specie autem immunes sunt Pontifices, ut  
qui Summi sunt Sacerdotes & aliis decimas imponunt c. un.  
pr. extra vag-commun. de Decim. dd. txx. c. 4. §. Itct autem ext.  
de concess. præbend. c. 4. §. ajunt in Concilijs. extr. de Elect. &  
Elect. pot. Mon. c. 5. n. 20. 21. II. Episcopi & Rectores Ec-  
clesiarum, utpote Clerici superiores, qui potiùs ab inferio-  
ribus decimas accipiunt c. 2. in f. b. t. nisi quoad decimas  
papales, quas Clerici, cujuscunq; etiam sint dignitatis, de  
proventibus Ecclesiasticis persolvunt. Mon. c. 9. n. 25. 26.  
add. n. 19. 20. 21. § 24.

70. III. Cistercienses, Templarij, Hospitalarij de la-  
bori-

boribus quos proprijs manibus vel sumtibus excolunt. c. 10.  
extr. b. t. c. si de terra b. extr. de privil. Rebus. q. 14. n. 44. IIII.  
Clerici & Monachi in communi viventes can. 47. cauf. 16 q.  
1. c. 3. b. t. V. Fratres Prædicatores & Minores, quoad fru-  
ctus hortorum c. nimis 17. inf. extr. de Eccles. adficand. VI.  
Excolentes novalia piorum locorum c. 21. extr. de V. S.

71. Hodie Reges Bohemiae nec non universi & singuli Principes Electores à præstatione illarum ex universis auri, argenti & cujuscunq; generis Metalli fodinis immunes & liberi sunt A. B. d. c. g. Rumlin. d. l. Schneidw. ad g. confi-  
tiuitur. 2. f. de Usufr. n. 7.

72. Sicuti verò personæ certæ à solutione decimorum sunt immunes: ita in quibusdam locis certæ quoq; res immunitatem habent. Sic olerum, raparum pratorum, lignorum & similiū decima non amplius erogatur, v. th.

29. Ubi addendum non dari præcisè integrum decimam, sed vel octavam, duodecimam, vicesimam aut aliam partem, quæ tamen cum integritate & sine deminutione soluta censeri debet, siquidem ex consuetudine loci solvi solita arg. d. c. 32. §. f. h. t. de hac latè Covarr. d. c. 17. n. 8 ¶. eas ve-  
rò, & ¶. quinto.

73. Gaudent quoq; immunitate, quibus remissæ sunt decimæ: Sic Clericis præstatio decimarum Episcopaliū remitti potest, si remissio sit facta secundum Canonicas Sanctiones, quasq; decimas illi retinere possunt in posses-  
sionibus acquisitis & acquirendis c. quia circa 22. extr. de  
Privileg. c. ult. ¶. quamobrem. cauf. 16. q. 1. Etijs, qui vim  
majorem passi sunt, quorum scil. agri aquarum inundacio-  
ne & segetes grandine, uredine hostiumq; incursu corruptæ  
arg. l. 15. §. 2. ff. Locati. l. 10. §. f. ff. de peric. & commodo rei  
vend. Item ijs, qui propter imperium hostium agtos re-  
linquere incultos coacti sunt d. l. 15. §. 2.

74. Per

74. Per compositionem insuper vel transactionem  
immunitas datur c. nuper. 34. c. dilecti 8. & 9. extr. b. t. quæ  
rata & inconcussa erit interveniente causæ cognitione, si de  
adsensu Episcopi, Archiepiscopi vel autoritate Apostolica  
c. statuimus 2. c. veniens 8. extr. de Transact. c. venerabilis 8.  
extr. de Confirmat. utili. Mon. c. 5. n. 122. & seqq. Reb. q. 13. n.  
9. Azor. L. 7. c. 26. q. s. Vel hodiè approbatione Principum  
superiorum factæ & confirmata fuerint.

75. Nec non per Praescriptionem: Si vel sit immemo-  
rialis, quæ loco constituti est l. 3. §. ductus 4. ff. de ag. quotid.  
sine titulo; vel, si 40. annorum tantum, adsit titulus de Ju-  
re Canonico necesse est, in quo fundetur illa præscriptio.  
Nam in præscribendo contra Ecclesiam ejusmodi modus  
postulatur c. 1. de Praescript. in 6. Nec currit præscriptio  
minor adversus Ecclesiam quam 40. annorum. can. 3. cauf.  
16. q. 4. c. illud autem 8. extr. de Praescript. Nov. 111. c. 1. Nov.  
131. c. 6.

76. Inquieris: Laici nullâ præscriptione decimas ac-  
quirere valent, quia sunt incapaces perceptionis decimalium  
c. causam 7. extr. de Praescript. verum hoc supr. sb. 42. & 43.  
refutatur. jung. Carpzov. JPrud. For. part. 2. constit. 2. def. 4.  
n. 5. & 6. quo loco in fine sentent. Scabin. in causa Syndicor. U-  
nivers. zu Horschmar addit: verba sent: Ob wohl vor Vielen  
Jahren dem DombCapitel zu S. Martini in Heyligenstädt der  
jährliche deceimshaber von euren Vorfahren unweigerlich ent-  
richtet worden/ dieweil Sie aber dennoch hernach sich dessen ver-  
weigert/ und weder Sie noch Ihr nummehr weit über 40. ja über  
die 50. Jahr selbigen deceim entrichtet/ dabey es das DombCap-  
itel bewenden lassen/ und binnen solcher zeit auch gerichtlichen  
deswegen nicht belanget/ &c. So habt ihr euch nummehr mit  
der verjährung zubehelfen/ und möget ferner den geforderten dece-  
imshaber zuentrichen/ gestalten Sachen nach nicht angehal-  
ten werden. B. R. W.

77. Hinc porrò colligo, Laicum contra Laicum decimas possidentem easdem præscribere posse, imprimis cum hic nullā injuriā Ecclesia afficiatur, utpote ejus nihil intereat, apud quem res maneat. *Zwf. ad b. t. n. 52.*

78. Non facile tamen affirmarem ad præscriptionem illam immemoriale quoq; aut 40. annorum tempus præcisè requiri, quia talis præscriptio Laici contra Laicum, utpote personarum secularium, re jam separatā ab Ecclesiā rationem & naturam Juris Civilis assumit; Cum itaq; Jus Civile non permittat vivere ulterius actiones, quæ 30. annorum iugis silentio motæ non sunt, hoc quoq; casu 30. illos annos sufficere existimo. arg. *I. 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor.*

79. Utrum autem hic tot sint præscriptiones quot anni & perceptiones, quod alias Jure Civili constitutum est, *I. cum novissimi §. in his. 6. C. d. t. de Prescript. 30. vel 40. ann.* quæritur: ego illis ad stipulor, qui unam statuant, cum præstatio hic una intelligatur, quæ unam & simplicem obligationem inducit *c. ad aures. 6. extr. de Prescription.* Sicut & in feudis *2. Feud. 26. §. si quis. 4.*

80. Amititur verò privilegium exemptionis per contrarium actum solvendi, si solvens non protestetur, illam solutionem præscriptioni non obesse debere. *c. accedentiibus 15. extr. de Privil. arg. c. 8. inf. extr. de Constitut.* quia, unusquisq; favori pro se introducto renunciare potest *c. si de terra. 6. extr. d. t. de Privil. l. 51. C. de Episcop. & Cleric. l. 29. C. de Pact.*

81. Satis de Personis. Decimæ porrò dandæ sunt fideliter, ut neq; optimum neq; pessimum solvatur, sed quicquid ex arbitrio fortunæ decimum fuerit. *arg. Levit. c. ult. v. 33. can. quicunq; 4. & seq. 5. cuius. 16. q. 7. II. integrè h. c. sine deductione seminis & expensarum in agricultor, mes- sores*

Laicum de-  
imprimis  
cujus nihil  
2.  
scriptio-  
um tempus  
ra Laicum,  
ab Eccles.  
Cum itaq;  
qua 30.  
casu 30.  
pt. 30. 26.  
squotan-  
utum est,  
el 40. ann.  
cum pre-  
n obliga.  
Sicut &  
per con-  
t, illam  
cedenti-  
ut, quia  
oest c: si  
Cleric. h  
  
la sunt  
r, sed  
Levit.  
egreß h.  
as, mel-  
sores'  
fores & collectores fructuum, collatarum c. 4. s. 7. 8 22. 26.  
¶ 32. b. t. Et antequam tributorum vel censuum prædi-  
alium exactiones fiant d. lib. 2. Lancell. Inst. f. Can. tit. 26. ¶  
sed nec census. c. cum non sit 33. b. t. & testatur Ampl. Dn. Carpz.  
Decimarū pensiones hypothecariis etiā antiquioribus ac  
reliquo æri alieno præferri Jure Saxonico d. part. 2. Constat.  
for. 28. def. 54. rubr. n. 1. & 4. Quamvis de Jure communi  
hujusmodi pensionibus solummodo tacitam hypothecam  
absq; prælationis privilegio indultam esse argumento sunt  
l. lex vestigali. 31. inf. ff. de Pignor. l. 1. ff. in quib. eau. pign.  
vel hīp. l. 15. ff. qui potior. in pignor.

82. Solvendæ quoq; fructibus statim collectis c. cum  
homines. 7. inf. b. t. i. e. à solo separatis, unde debitoris est  
periculum, si sit in morâ arg. l. cum res. 47. §. f. de Leg. 1. Et  
si decimæ sint granorum, quæ paleam habent, in paleâ sol-  
vi debent, quia palea est in fructu. P. Greg. Tholos. d. L. 2. Jur.  
univers. c. 26. n. 2. alibi tamen frumentum separatum est à  
paleâ, & ita decimas Parochiani Ecclesiæ ministris admetti-  
ri debent, vel medio æquato vel cumulato, prout moribus  
& consuetudine loci receptum, per ea quæ habet honorificè cit.  
Dn. Carpz. L. 1. 3 Pr. Consist. def. 127. n. 3. 4. 5. & per rescri-  
ptan. 9. & 10. ibid. adjecta. Et quidem sine admonitione,  
arg. d. c. 7. b. t. quæ tamen humanitatis gratiâ à Clerico præ-  
mitti potest. Mon. c. 6. n. 21. nisi consuetudo admonitionem  
requirat. Rebus. q. 12. n. 13.

83. Ubi in questione est, an decimas Parochiani in-  
ferre teneantur in horrea Clericorum? Aff. Covar. d. c. 17.  
n. 8. vers. octavò ex his. Gutierrez. d. L. 2. Can. quest. c. 21. n.  
44. inf. consuetudine autem contrarium obtineri posse  
tradunt Reb. q. 13. n. 49. & Gutierrez. d. L. n. 45. inf. qui ibidem  
recte animadvertisunt, Laicos non posse frumentum aliosve  
fructus in propria horrea condere, nisi priùs Clericiceri-  
ores

ores fiant, ut vel ipsi vel eorum procuratores præsentes sint collectioni & separationi frugum, & harum descriptiones & assignationes videant, ne ulla fraus committatur. Reb. n. 50. Gutierr. n. 49. Hieron. de Laurent. decis. Avenion. §4. quāvis & hīc contrariam admittant consuetudinem Covarr. d. n. 8. vers. octavō ex his inf. Gutierr. n. 50.

84. Liceat hīc evagari & de nobili Novalium materiā, sterili fortē, si Juris Civilis textus inspicimus, in praxi tamen satis exagitata & utili, prolixius dicere; quorum decimas, variis jam antē excogitatis decimarum speciebus, Pontifices Ecclesiæ Jurisdictioni & distributioni subjecisse & sic steriles quoq; fundos decimare cœpisse, non in concinnē aut frustrā exprimit Tob. Neubronner Disp. Argentor. de Novalibus th. 15.

85. Vocabulum Novale aliter Jure Civ. & sic in largo significatu accipitur in l. Sylva 30. §. novalis 2. ff. de V.S. pro terra præcisâ, quæ anno cessavit i.e. terrâ superiore anno, aratro cæsâ & scissa, versa & cultâ, quæ alternis annis cessare solet, novandarum sibi virium causâ. Gædd. ad d. t. de V. S. n. 9. Gorhofr. ad d. l. Aliter Jure Can. & pressius sumtum, est ager de novo ad cultum redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit c. quod per novale 21. extr. de V. S. Hinc decimæ novalium sunt, quæ debentur ex fructibus agri novalis ad culturam redacti Zæf. ad tit. extr. de Decim. c. 3. n. 53. A Joh. Werndle L. 4. c. 1. ita describuntur: Ein Neubruch ist eigentlich ein Grunde und boden / so zum erstenmahl aufgebrochen ist/ als da man gesteud und Reißwerck/ item, häum oder alte Stöck/ Stein/ wurseln und dergleichen ausgräbt/ ausbrennt ausreutet und anbauet.

86. Jure Canonum, si ager intra Parochiam aliquam situs est, Ecclesiæ Parochiali istæ solvuntur, ut perspicue traditur ab Innocentio III. in c. cum contingat 29. extr. b. t. nisi alij

ſententiaſ ſint  
deſcriptione  
at. Reb. n.  
ion. ſt. quā-  
n. Corr. d.  
lium mate-  
s, in praxi  
orū de-  
ciebus,  
ſubjeſſis  
in con-  
genteſ de  
& ſic in  
ff. de V.S.  
erioean-  
nis anni  
ad d.t.  
ſtus ſum-  
non ex-  
per novale  
z deben-  
z, adit. t.  
a delori-  
oden / ſo  
to Reuß  
dengli-  
quam  
ſpicuē  
t. ni-  
ſi alij  
ſialij, qui aliās percipiunt decimās, rationabilem cauſam, ostendant, Per quam novalium decimā ad ſe pertineant, d. c. 29. in f. Quod ſi novale in nullā limitata Paroecia exiſtat, Ecclesia Epifcopalis vel cathedralis, vel ejus nomine Epifcopus, in cuius eft diocesi, Jure ſibi eas vindicat per ſequoniam. 13. in f. extr. eod. Canis. c. 11. n. 12. vid. hic Duar. L. 7. de Sacr. Eccl. Minister. ac benef. c. 1.

87. Cūm autem illa de Novalibus decimārum exa-  
ctio dura, nimium frequens & gravis eſſe Imperii Germani-  
ci ordinibus videretur, illi eā de re maximē conqueſti-  
ſunt in gravaminibus & articulis contra Papam & Clerum  
in Comitiis Noribergae Anno 1522. exhibitis, ut legere eft  
apud Hartm. Hartmanni L. 2. pract. obſerv. tit. 53. obf. 10. n. 12.

88. Donec tandem Jure consuetudinario Decimas  
Novalium vigore Jurisdictionis territorialis & superiorita-  
tis Principes & Status Imperii Seculares obtinuerint. Nec  
temere, cūm quōd in suis territorijs habeant & exerceant  
Jura Epifcopalia cit. R. A. zu Augſpurg de Anno 1555. §. damit  
auch obberührte; tūm quōd Ecclesiastici earum rerum, quaꝝ  
Ecclesia Parochiali nunquam quaſitæ, R. A. d. l. §. dieveil  
aber eſliche Stānd und derselben/reſtitutionem petere neque-  
ant; tūm deinq; quōd loca deserta & nunquam culta, ut po-  
te vacantia, Principis ſint c. 1. quaſunt regalia 2. F. 56. l. 1. C. de  
bon. vacant. t. t. C. de omni agro deferto. ex quibus ad cultura  
redactis decimam partem fructuum Reipubl. pendi ſolitā  
fuiffe pro vectigali refert ex Alciato Reuſner. L. 4. decif. 2.  
num. 14.

89. Ita tamen ut non primo statim anno, ſed vel ſe-  
cundo, tertio aut quinto decimā Novalium ſolvantur, id  
quod obſervandum inculcat Verndle d. L. 4. c. 2. inf.

90. Ubi querere lubet, an privilegium generale de  
non ſolvendis decimis reſtē ad Novalia pōſt coli coepit ex

tendi possit? Affirmativæ subscribo: non obstante quod  
tale privilegium odiosum appareat, maximè cùm ab Eccle-  
siâ descendat, quæ licentiam potius in decimis novalium,  
usurpandi restringit, c. 25. vers. nec occasione. extr. h. t. arg.  
c. 29. eod. Nulla enim ratio, cur non privilegium illud et-  
iam ad decimas novalium extendatur, quia majus cum cō-  
cessum sit, minus quoq; concessum intelligitur c. ex parte  
27. h. t. Quò etiam facit, quod qui decimas secundum  
Canonicas Sanctiones indefinite remisit, intellexisse  
videatur de Decimis possessionum non solum præsentis  
temporis, sed etiam futuri c. quia circa. 22. extr. de privileg.  
& excess. privilegiator. Siquidem in beneficiis plenissima-  
sit interpretatio d. c. 22.

91. Reliquum est, ut mead Remedia accingam,  
quibus ii, qui decimas aut persolvere nolunt, aut easdem  
malignè attrectare student, ad solutionem aut restitu-  
tionem cogi possunt.

92. Evidem Pontifices valde anxij fuerunt, ut gra-  
vium pœnarum metum non solventibus incuterent. Pa-  
ter hoc ex varijs Juris Canon. capitulu can. revertimini. 65. &  
seqq. 66. caus. 16. q. 1. c. 19. h. t de quibus latissimè Reb. q. 15.  
n. 12. & aliquot seqq. Mon. c. 8. n. 63. tot. q. 5.

93. Verùm illa non tam remedia sunt, quam ad me-  
tum injiciendum excogitata. Remedia verò quibus de-  
cimas persequimur, est vel actio ex stipulatu & condicione  
ex Canone, si promissæ sunt. arg. c. 26. in f. h. t. ad instar  
illius ex Legel. un. ff. de condic. ex Lege. Reb. q. 9. n. 13. 14.  
Canis. c. 18. n. 5. Mon. q. 8. n. 39. vel actio feudalis domina-  
ta, quando per abusivam & impro priam investituram citra  
possessionis traditionem constituta arg. eorum, qua habet  
Præclarum illud bujus Universitatis Lumen, supra laudatus  
DN. Ludwell. d. Syn. c. de defin. feudi, 2. pag. 32. ibi: prout vi-  
del

ante quod  
ab Eccle-  
novalium  
tr. b. t. arg.  
im illud et-  
ius cum o-  
c. ex parte  
secundum  
ellexile  
raefensis  
privileg.  
nissima  
ingam,  
easdem  
estiquio-  
, ut gra-  
m. Pa-  
ni. 65. &  
b. q. 15.  
nad me-  
ibus de-  
conditio  
instar  
13. 14.  
mina-  
nictra  
habet  
datus  
ut vi-  
del

del. feendum aliquo horum contractuum constitutum fuerit. Contra promissorem ad decimarum traditionem arg. 2. F. 26. §. 5. v. si facta. 2. F. 7. §. 1. Vel utile adipiscendæ possessio- nis remedium, arg. §. adipiscenda. 3. f. de Interdict. Canis. d. c. 18. n. 5.

94. Quod si adquisitæ fuerint, percipiens autem tur- betur, competit in petitorio : utilis confessoria §. 2. f. de A- ction. Reb. g. 9. n. 11. 12. in possessorio verò : remedium reti- nenda possessionis, interdictum uti possidetis §. 4. f. de in- terdict. Reb. d. g. 9. n. 3. Vel recuperandæ, can. redinte- granda 3. caus. 3. q. 1. modò de justo perceptionis titulo do- ceri queat c. 2. de restit. Spoliator. in 6.

95. Interdum quoq; actiones locati & emti locum invenient, ubi decimæ venditæ sunt vel locatæ.

96. Coram quo Judice autem actiones istæ moveri debeant, non alienum erit à meo proposito querere? Eu si jus Canonicum sequimur, sine controversia in petitorio Ecclesiastica persona judex erit c. 2. extr. de judic. & arg. c. 31. b. t. Gail. 1. O. 38. n. 1. quia in controversiis & negotijs Eccle- siasticis Clerici Laicorum judicio non disponant d. c. 2. add. c. fin. extr. b. t. c. dispendiosam 2. Clem. 2. de Judic. Gail. d. l. n. 2.

97. Ubi enim reus Clericus est, aut inter solos Clericos controversia decimarum movetur, cum judex non tam causæ, quam respectu personæ competens intelligatur, co- ram Judice Ecclesiastico res tractanda est c. 17. extr. de Ju- dic. Auth. statuimus C. de Episc. & Cler. can. si quis 20. & seq. 21. can. molita 42. caus. 11. q. 1. ne Clericus per judicem Laicum damnetur contra c. 2. extr. de for. compet & c. 2. cod. in 6. Covarr. pract. quest. c. 35. n. 1. v. primum. Zaf. Comment. ad ff. de Judic. n. 81.

E 3

98. Non

98. Non verò sine causâ dixi *in petitorio Ecclesiasticae personam esse judicem.* Etenim in possessorijs judicijs cognitionem ad Laicum pertinere communis est Dd. opinio. *Rebus. q. 10. n. 3. 4. 38. & 39. Gail. d. l. n. 2.* quia possessorium est temporale quid. *Guid. Pap. decis. 1. n. 1. 2.*

99. Excipiunt interim vel ipſi Pontificum Patroni caus nonnullos quibus Ecclesiastica persona de decimis non cognoscit, sed secularis, putà quando de facto, utrum possideat quis decimas, & non de Jure, an debeantur Decimæ, queritur. *Bald. Bartol. alijq. citati ab Andr. Gail. 1. O. 38. n. 3.* aut quando jus decimarum ad Laicum spectat ex feudo vel privilegio à Pontifice translatum. *Covarr. pract. quest. d. c. 35. n. 2. ¶ 3tio quoties. Reb. q. 10. n. 39.*

100. Deinde quando agitur super fructibus decimarum *Reb. d. g. n. 4.* vel conductor decimarum sit Laicus, quo casu sine ullâ fori præscriptione illum Laicum non posse conveniri apud Judicem Ecclesiasticum censet *Covarr. d. l. ¶ 5. quintò non video;* cum hîc non de Jure decimarum, sed de solvendo pretio agatur.

101. Quamvis in possessorio judicio contra Laicum, à sententiâ de Decimis latâ, maximè si inter merè Laicos agatur, licitam esse appellationem ad Cameram Imper. velit *Gail. d. l. n. 4.* Ego asserere non dubito, actiones de solutione decimarum instituendas ad Judicem Laicum tam in petitorio quam in possessorio pertinere, per ea quæ suprà tradita sunt. Unde fit, ut si super possessorio in causis decimarum controversia movetur, citationes decernantur, & appellationes recipientur. *reſte Gail. d. O. 38. n. 4. & Carpz. d. L. 1. tit. 8. def. 138. n. 6.*

102. Apprimè huc faciunt verba *Job. Meichsneri decis. noviss. Cam. Imper. Lib. 1. decis. 22. n. 5.* quæ ut subiectam merentur: plurimum interesse, ait, ne decimarum causæ statibus secula-

Ecclesiasti-  
torij judi-  
cij est Dd. o-  
quia pol-  
l. 1. 2.  
atroni ca-  
cimis non  
crum pol-  
Decima,  
O. 38. n. 3.  
feudo vel  
quest. d. c.  
us decima-  
Laicus quo  
non posse  
Covarr. d. l.  
arum, sed  
Laicum  
re Laicos'  
n Imper.  
tiones de  
acum tam  
qua supra  
causis de-  
ernanuit.  
Capz.  
fieri de-  
nectam  
est statibus  
secula-  
secularibus auferantur & Romanis trahantur contra transactio-  
nem Passavensem. Neg. verò differentiam inter possessorum  
& petitorum esse quoad Cameram, ut scil. in uno judex esse possit,  
in altero non, cum in decisionibus causarum etiam jus Canon. ob-  
servatur, modò non sit contra constitutiones Imperiales, & causa  
possessorij & petitorij corā eodem Judice ventilanda sit per text.  
in l. nulli. 10. C. de Judic.

103. Sed vell. icat jam aurem thesium ad hanc dispu-  
tationem destinatarum numerus, ut jam vela contrahere  
debeam, modò paucis egerim, qualis processus sit obser-  
vandus; illum autem summarium esse, & judicem de plano  
ac sine strepitu & figura judicij procedere debere volunt  
c. dispensiosam. 2. Clem. 2. de Judic. c. sape. 2. Clem. de V. S. si-  
ne Juris solennitate. Monet. c. 8. q. 3. n. 40.; quamvis parti-  
bus non contradictibus judex ordinarium vel in toto vel  
in parte servare judicium possit, nec tamen Processus pro-  
pterea irritus fiat. d. c. 2. inf.

104. Possem adhuc evagari in decimas Papales, de-  
quibus tamen, cum instituti mei ratio non patiatur, nervo-  
se differentem Alex Monetam cupido Lectori exhibeo, qui  
cap. 9. d. Tract. de Decim. ex professo eas tractat.

Atq; sic Bono cum DEO, cui æternus in æternum ho-  
nor, si non accuratè satis & prolixè pro dignitate & magni-  
tudine Decimarum; provirium tamen modulo illarum,

materiam absolvvi. Si quæ omissa, ignosce, si quæ  
superflua, ostende Benevole Lector, æquo  
enim animo monitus à TE meli-  
ora, redarguar.

Cic. L. 2, quest. Tuscul.

Et refellere sine pertinaciâ, & refelli sine ira-  
cundiâ parati sumus.

*Ad Clariss. DN. Candidatum PAULUM WÖRFEL Amicum.*

**T**luixit ergò grata lux, quā cernere est  
Superātie Te premens onus,  
THEMINq; justam candidum WÖRFELIUM  
Mactare justō præmiō.  
Iter quod arduum ante fuit ac horridum,  
Nunc suave, dulce, amabile.  
Tibi disputanti, AMICE, de Decimis precor  
Decuplas honorum mergites!

Ernestus Cregel D. & Jur. pub. P. P.

---

In solidas eruditionis decimas  
hoc est

*In disputationem inaug. de Jure Decim.*  
a præclatissimo Dn. PAULO WÖRFEL V. J. Cand. meritissimo, A-  
mico & quondam consalino suo exoptatiss. solenniter  
defendendam;

EPIGRAMMA

**R**Es Tibi cum Decimis, Decimas namq; exigit à TE  
Diva Themis, studi symbola tanta Tui.  
Hasce tamen Decimas, pinguis quasi judico messes,  
Ut mirer, messis quanta vel ipsa sit,  
Hinc tibi messis opum, venier quoq; messis honorum,  
Quamtibi pro Decimis, iam parat alma Themis.

Ita votivè ominatur  
Joh. Conradus Brotbequius Med: D.  
Eiusq; & Phys. P. P. Tubing.

---

*Ad PraeClarissimum Dn. PAULUM WÖRFEL, LL. Candidat.*  
Amicum ultimatissimum.

**A**Leajacta Tibi est; Vultu sed talus eodem  
ter stetit; hinc summum tollis, Amice, lucrum.  
Lætor ego, & voveo (quid enim nisi vota supersunt?)  
Te Themis ut largè fœnore porrò beet.


festinō calamo fudie  
Conradus Falckner.

F I N I S.

00 A 6383



V D-17



B.I.G.

